

Spiro, de Eur. Phoen. p. 6. p. 3),<sup>1</sup> illas annis 410 aut 409, hanc 409 aut 408 tribuit. Sed quia Antiopam una cum Oreste (408) actam esse parum credibile ei videtur, Phoenissas anno 410, Antiopam anno 409 una cum Hypsipyla datam esse dicit: has tragoedias inter se satis similes esse (Herm. 44, 402 „beide Male zwei Göttersöhne“ et quae sequuntur) atque adeo Hyps. fr. 1 V 32 sq. alludere ad Antiopam modo actam. Tertiam trilogiae fabulam fortasse Melanippam alteram fuisse.<sup>2</sup>

Vides identidem ad coniecturas esse recurrendum. Hoc tantum constat, sub finem vitae Euripidem Hypsipylam scripsisse, sed quo anno acta sit cuiusque trilogiae pars fuerit frustra rogamus.

---

1. Phoenissas ante Hypsipylam scriptas esse ex Hyps. fr. 8, 9 colligit Robert, Oidipus I p. 199: (man sieht,) daß das Chorlied die Stichomythie der Phoinissen zur Voraussetzung hat, und das bestätigt die Priorität der Phoinissen.

2. Nuperrime Th. Zielinski anno 408 tribuit „trilogiam Delphicam priorem“, Hypsipylam, Meleagrum (?), Orestem (Mnemos. N. S. 50, 1922, p. 326, in enumeratione fastorum Euripideorum, quos mox in novo libro se accuratius explicaturum esse promittit v. d.).

---

In Hypsipyla edenda his praesertim libris commentationibusque usus sum:

B. P. Grenfell and A. S. Hunt, The Oxyrhynchus Papyri VI, London 1908.

H. v. Herwerden, Euripidis Hypsipylae Fragmenta, Traj. ad Rhen. 1909.

A. S. Hunt, Tragicorum Graecorum Fragmenta Papyracea, Oxonii 1912.

H. v. Arnim, Supplementum Euripideum, Bonn 1913.

L. C. Valckenaer, Diatribe in Euripidis perditorum dramatum reliquias, Lugd. Bat. 1822; Lipsiae 1824.

F. G. Welcker, Die griechischen Tragödien mit Rücksicht auf den epischen Cyclus geordnet 1839.

I. A. Hartung, Euripides Restitutus II 1844.

C. Haym, De puerorum in re scaenica graecorum partibus, Diss. Hal. Sax. 1897.

W. Crönert, Woch. f. kl. Phil. 26, 1909, 113—116.

O. Schröder, Berl. Ph. Woch. 29, 1909, 257—264.

J. P. Mahaffy, On a Passage in Euripides' Hypsipyle, Hermathena XV, 35, 1909, 347—352.